



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Parallelæ Geographiae Veteris Et Novae

Briet, Philippe

Parisiis, 1649

§. 1. De Illyrico latè sumpto.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13167

CAPUT PRIMUM.

Historica Illyrici.§. I. *De Illyrico latè sumpto.*NVM. I. *Nomen.*

NOMEN habet ab Illyrio Cadmi filio, vt vult Eustathius, vel
vt Appianus in Illyricis filio Polyphemi Siculi, & Galateæ,
ex quâ suscepitos quoque ait Gallum, & Celtum, Gallorum &
Celtarum parentes. Nos eius familiæ Stemma hîc proponimus, ti-
bi neque hoc libro, neque sequenti futurum inutile.

STEMMA FAMILIAE POLYPHEMI
ex Appiano in Illyricis.

POLY-	ILLY-	CELTVS, ex quo Celtæ dicti sunt.
PH E-		GALLVS, vnde Galli nomen habent.
M O	LII	Achilles.
C Y- CLOPI		AVTA- RIVS { Pannonius, { Triballus, vel Pæonius { Scordiscus
E X	RIVS	DARDANVS. MEDVS.
GALA- TEA		TAVLANTIVS. PERRHOEBVS.
SUSCE- PTI	F I- LIÆ	PARTHA.
SVNT FILII		DAORTA. DASERA. & alix.

N V M. 2. *Quantitas.*

QVANTITAS apud Strabonem lib. 7. ex loquendi mo-
re Græcorum , secundūm longitudinem est dierum περιάνοτα, la-
titudine autem πέριπτος: mirum tamen quomodo postea idem Strabo
arguat Theopompum dicentem Illyricum 30. diebus peragrari
posse, quasi ampliores ei fines assignarit. Romani autem apud eun-
dem Strabonem longitudinem eius putant esse sex millium stadio-
rum , latitudinem mille atque ducentorum.

Ptolemæus autem Illyricum sumptum à Brigantino lacu ad
Scordum montem secundūm longitudinem facit stadiorum 7083.
Latitudinem autem à Iaderâ ad flexum Borealiorem Danubij, sta-
diorum 2084.

N V M. 3. *Qualitas.*

TOTĀ Illyrici ora commodis est instructa portibus, contrā
ei opposita Italiz̄ importuosa. In eo campi aprici, vbi & vites, &
olea optimè crescebant, nisi in quibusdam locis asperioribus. Sed
antea hanc regionem incultam fuisse, quia negligebatur, vel ob
incolarum latrocinia: sic Strabo lib. 7.

§. 2. *De Illyrico stricte sumpto.*N V M. 1. *Nomen.*

NOMEN suprà expendimus paragrapho superiori.

N V M. 2. *Quantitas.*

QVANTITAS secundūm longitudinem desumitur ab Arsiâ Fl.
ad limitem Macedonicum , & iuxta Ptolemæi computum porri-
gitur ad 3750. stadia. Latitudo à Iaderâ ad flexum Danubij Bo-
realem 2084. stadiorum.

N V M. 3. *Qualitas.*

NON N V L L I incultum dixerunt esse, videlicet cùm à
Kk iiij